# QUID SIT SENTIENDUM

DE

# PHILIPPI DESTOUCHES

## LEGATORII PROCURATORIS NECNON POETÆ MORIBUS

---

## THESIM

UNIVERSITATIS DIVIONENSIS

FACULTATI LITTERARUM

PROPONEBAT

**Æm. DEBERRE**

Ejusdem Facultatis olim alumnus

DIVIONE

APUD FELICEM REY

26, Via Dicta de Libertate, 26

—

MDCCCCI

# QUID SIT SENTIENDUM

DE

# PHILIPPI DESTOUCHES

LEGATORII PROCURATORIS NECNON POETÆ MORIBUS

# QUID SIT SENTIENDUM

DE

# PHILIPPI DESTOUCHES

## LEGATORII PROCURATORIS NECNON POETÆ MORIBUS

---

## THESIM

UNIVERSITATIS DIVIONENSIS

FACULTATI LITTERARUM

PROPONEBAT

**Æm. DEBERRE**

Ejusdem Facultatis olim alumnus



DIVIONE

APUD FELICEM REY

26, Via Dicta de Libertate, 26

MDCCCCI

# PROŒMIUM

# QUID SIT SENTIENDUM

DE

# PHILIPPI DESTOUCHES

LEGATORII PROCURATORIS NECNON POETÆ MORIBUS

---

## PROŒMIUM

Incipienti mihi de Philippi Destouches moribus dicere haud inutile visum fuit quo spectant consilium et mens propalam exponere.

Non quidem mihi, ut ex titulo patet, in animo est integram Philippi Destouches vitam perpendere, neque ejus operum ordinem, personas vel dicendi genus apprime dijudicare. Neminem enim fugit poetam Turonibus natum, decimo septimo sæculo jam crescente, fabulis probitate tenera magis quam vi comicâ insignibus, famam quæ usque ad nos viget consecutum fuisse. Verum, cum aliquot annos publicum negotium egerit, rei familiaris non oblitus, et fabulas quasdam memoriæ proditas ediderit, operæ pretium judico exquirere quo modo res gesserit qualeque opus confecerit.

Satis habere dicam si tibi has paginas perlegenti sæpius ejus memoriæ occurrerit quem in opere notissimo minutatim descripsit Renatus Lesage; nam, fere eodem quo tempore hic diversas partes quas Gil Blas suscipit delineabat, easdem Philippus Destouches vitæ mutationibus agebat; at poeta, si vitam non semper probatam duxit, fabulas saltem reliquit in quibus maxime laudatur quod rectum et honestum est, ita ut, alio more vixisse, scripsisse more alio non sine causâ putaretur.

Etenim Destouches est is cui omne onus imponi possit omnibus artibus perficiendum; quia tam amans est honoris et lucri eaque præditus est indole ut, non quæ agenda sed cui obediendum sit, quæ munera accipienda potius quam danda beneficia, circumspiciat. Itaque omnis secreti capax est, justusque est eventus æstimator, impigreque rem semper agit feliciter successuram ex qua illi videtur quæ commoditas percipi possit. Infima enim fortuna homo est, fit autem optimatum familiaris qui ejus versutum ingenium tantopere prædicant ut mox abbas Dubois illum commendatum habeat. Brevi tempore ad Anglos legatorius procurator mittitur, interdumque solus legationem peragit, legatique sermonibus et gestis auceps fit. Contra legatus ipse Philippum Destouches speculatur cujus gesta rebus publicis privatisque non

procedere videntur. Attamen prospero flatu fortunæ poeta usus erat qui multam salutem publicis rebus tantum dedit cum in re familiari valde firmus esset.

Denique, ut omni ex parte, illius quem supra diximus commoneat noster, otio perpetuo in villa fruitur de suo acquisita. Ibi eo vehementer inclinatur quo illum potius res et momentum quam ingenii vis deferunt. Poeta enim probitate et virtute haud conspicuus id quibus modis assequatur quidquam pensi non habet ; fabulas autem fingit quibus virtus extollitur, quidque molle atque tenerum commendatur ; et hac ipsamet ratione inclaruit poeta qui in rebus publicis plus pecuniæ quam laudis et probitatis sibi acquisiverat. Tandem ætate confectum eumdem videbis de rebus publicis cum Anglis iterum agentem, pristinæ conditionis memorem, quæ multo melior fructuosiorque fuisset, nisi fortuna eum morte patronorum oppressisset.

His vero prælibatis, quibus summam thesis indicare tentavi, jam hasce duas quæstiones dilucidare et solvere conabor :

Quo modo res, tum publicas, tum privatas, gesserit ?

Quæ opera confecerit et cur fere ex toto ab ipsius indole dissideant ?

# PARS PRIMA

**Quo modo res, tum publicas, tum privatas, gesserit ?**

# PARS PRIMA

## QUO MODO RES, TUM PUBLICAS, TUM PRIVATAS, GESSERIT ?

---

### § I.

### Quo modo ad res publicas gerendas poeta sese præparaverit ?

Qui ignobili loco ortus est nec ullas opes sortitus, illi haud promptum est et in expedito positum ad summa pervenire. Ad multa sane prodest ingenium, non autem ad omnia, præsertim cum id exercendi occasio raro sese dedit. Quare, ut a peritis judicibus merito existimatur, Philippo Destouches, dum ipse histrio et miles famam fortunamve peteret, ne vani et quasi ad irritum caderent conatus, profecto in mentem subvenit hominem e turba patronum sibi comparare debere. Quem quæsivit et invenit duplicem. Brûlart de Puisieux, qui legatione ad Helvetios anno 1697 fungebatur, illum a secretis habebat. Otio ibi

abundabat poeta, legati sorore favente, quæ, juvenem popularem suum cum vidisset ad carmina natum propensumque, curavit ne operam frustra tentaret; et revera poemata condidit quæ potius religione quam ingenio vigent. Quæ initia non parvi momenti sunt quia poeta jam ab adolescentia eadem sensisse videtur quibus indulsit senior; quippe qui ad extremam ætatem magno quidem animo non felici semper exitu pro sacris scripserit. Utrum adulatione an natura hunc mentis habitum consequi voluerit non est disputatione opus; verumtamen sunt qui putent eum alienos sensus perfacile induxisse, quod inter res legatorias diu jactatus satis veterator evasisset.

Quo enim tempore ad Puisieux venerat, ita animo sentiebat ut non solum de ipso sed etiam de ejus propinquis prædicare posset « animi virtutes et mentis quasi hereditarias a suis eos habuisse ». Omnes in Helvetia manserunt, et ipse poeta, usque ad annum 1708, quo legatus honoribus functus in Galliam una cum sorore reversus est, ut in pago Sillery procul a rebus publicis ambo quietem caperent. Quæ soror, nomine de Tibergeau, magno expeditoque ingenio prædita, tam oratione soluta quam carmine suaviter scribebat, ita ut, ne privatas mulieris virtutes memorem, multorum laudem consecuta esset, præsertim comitis Hamilton et sui avunculi Francisci Rupifucaldii, Sententiarum auctoris, cui adoleverat admodum dilecta. Apud illos Destouches commorabatur, pro domino de Puisieux epistolas

scribebat, ipsius autem versus soror colligebat et emendabat : qui labor neque novus neque inopinatus erat, cum jam in Helvetia ingenii sui rudimentum fecisset.

Inde eo anno 1717 nomen ejus notescebat, non quod fabulas dedisset sua quidem sententia optimas, ut ad Fuzelier scribebat, sed titulo tantum vel hoc aut illo versu in posterorum memoria hærentes, sed quod multi ei favebant. Imprimis ducissa du Maine duobus ludis magnopere oblectata est a Destouches compositis, et Dubois qui, mox in Angliam legatus iturus, secundis auribus accepit quæ Puisieux de poetæ versuta industriaque indole mandaverat. Quapropter Londinium cum abbate petivit poetæ, libenti animo, missus pro litteris, attentumque legato se præbuit qui rerum publicarum scientia pollebat, et mox factus est in hac urbe peritissimo cuique in privatis publicisque rebus conscius.

Poeta sane non multum curæ in fabulis condendis adhibuerat sed celerem operam maturaverat, nam properato fuerat opus. Quid enim tacite sibi proponebat poeta nisi ut per carmina, si quid facultatis res ipsa dabat, omnia illi contingerent meliora ? Et revera patronis merito visum est fore ut ei, qui in scenam personas aliquas occultis artibus adeo feliciter inducebat, res majoris momenti non minus prospere procederent. Ita, quod non est inauditum, innotuerat poeta, primasque partes brevi tempore obtinuerat ; sed sensim eo fuerat adductus ut, gravioris quœstuo-

siorisque officii suscipiendi spe, illiberalem et inhonestam personam sustineret.

Quod autem non mirum forsan putabis si tales ante illum multos exstitisse cogitaveris. Quorum maxime unius nomen et dicta brevissime memorare nos juvat. Abbatem enim Alberoni qui ad cardinalis titulum serius provehendus erat veracem deprehendimus cum dicit « incauti esse et stulti opes non consectari panemque benedictum non expetere, si dens non condoluit ». Idem in Gallia apud optimates, duces et legatos, eadem sæpius ac Destouches dicit vel scribit, rem avide quærens, etiam minimam, pro seipso vel aliis, a suis frequenter parmenses caseos petens ne magnam suspicionem commoveat. Id enim te non fallit eum in Gallia tantum eo consilio permansisse ut suos de gallicis inceptis certiores faceret ; quod feliciter se habuit. Ita enim Parmensi duci se probavit ut cum prima dignitate brevi tempore fuisset et quidquid titulorum aut opum potuisset dominus congessisset. Quæ vero in summa de Alberoni, hæc aliquatenus subsimilia de Philippo Destouches copiose mox narraturi sumus.

## § II.

### Quo modo solus rerum publicarum onus gerendarum sustinuerit?

Cum Destouches ad Anglos advenit, id deprehendit quod paulo post Voltarius et abbas Leblanc litteris suis mandabunt, scilicet libertatem tam virorum tenuiorum quam optimatum, aulæ et theatri, in vitium excidisse : illi scriptores studio litterarum, ut infra videbitur, vacabant, rebus autem publicis poeta noster. Qui legatum dicentem « temporibus sollicitis quibus stat licentia, cujusque astutissimi esse magno conatu nullam rem non gerere, bene autem omnia prompte agere, taciteque omnes muneribus tentare », sibi imitandum proposuit ; idque eo facilius erat quo pluribus mensibus Londinii cum eo permansisset, cogitationumque ejus gnarus ab eo (si parva licet componere magnis) rerum publicarum gerendarum reconditam artem didicisset.

Ideo ex tanta epistolarum copia (1) non mirabundus videbis legatos ad utilitatem suam occultasque artes omnia referre : dolum enim alii in alios

---

(1) Correspondance de Destouches, 30 vol. in-f° (1715-1723). Archives du ministère des affaires étrangères.

commoliuntur, regis commoda alienorum commodis et rationibus præferentes, ad exemplum abbatis Dubois qui, nemini calliditate solertiaque concedens, scriptorem Destouches hortabatur ut aliter loqueretur, aliter sese gereret. Duas ei mittit epistolas non integris signis ut legatis anglicis tradantur, et jubet eum, postquam oculis eos perlegerit, in eis signum apponere, profiterique se ignarum esse quæ sit earum sententia. Quot litteras ! quantam calliditatem ! ad Germaniæ imperatorem inducendum ut de regno Hispanico non certet Angliæque rex Gibraltar servet. Abbas Dubois, modo summos honores adeptus, rebusque externis præfectus, Lutetiam venit, poetam vero Londinii reliquit et Chammorel qui se de rebus anglicis certiorem facerent. Noli mirari si Destouches minister sit, cum tantum a Dubois scriptor habeatur ; nam, si non maximi momenti acta obsignat, at certe omnia ordinat et regis commoda in medium vocat. Ita legationem confecit de mense maio 1718 usque ad mensem junium 1723.

Ut Londinium pervenit, res publicas sæpissime contraxit cum Stanhope, Craggs, Penterricker, maximeque Montéléon quem habebat suasorem ; in omnibus tamen abbatem Dubois in consilium adhibebat, nam ejus utilitati suam junxerat totusque ejus erat, sicut servus domini. Nihil quod ad illum attinebat a se alienum putabat, sperabatque se in lucris positurum omnia quæ domino evenerant. Scribit enim ad Dubois se multum gaudere quod majoribus augeatur hono-

ribus, quia, si res ad ipsum non pertinere videtur, aliquo modo particeps erit non gloriæ sed beneficii (1). Atqui, Dubois in Galliam reverso, Destouches omni ope nititur ut solus ad exitum commissa perducat, sicque maxima gratia apud ministrum floreat. Itaque frequenter cum legatis colloquitur sicut jussus est (2), suoque ministro totam colloquiorum deliberationem accuratissime evolvit. Quo major res est, eo vehementiore

---

(1) Destouches à Dubois (oct. 1718). — Vous voilà, Monseigneur, dans le poste où je vous souhaitais depuis longtemps pour le bien du Royaume, pour l'intérêt de son Altesse Royale, et pour votre gloire. Comme ces trois objets me sont également précieux, vous pourrez juger aisément de ma joie... En mon particulier je ne saurais vous exprimer le ravissement où je suis, et peu s'en faut que je ne souhaite que vos bontés pour moi et l'honneur de votre protection ne me fissent point regarder comme m'intéressant un peu pour moi-même à ce juste choix que Son Altesse Royale vient de faire pour vous convaincre que je n'y suis sensible que par rapport à vous et au parfait dévouement que j'ai pour votre personne.

(2) Destouches à Dubois, 31 janv. 1719.— Celui à qui j'ai fait de plus vifs reproches, c'est M. Schaub. Car bien loin de m'être borné jusqu'ici aux commissions qui m'ont été données, j'ose dire que je me suis attiré la confiance et même la familiarité de tous ceux qui ont part aux affaires en ce pays-ci. Je ne suis presque jamais qu'avec eux. Nous avons de fréquentes et longues conversations, et vous avez pu vous en apercevoir facilement, Monseigneur, par les détails circonstanciés dont la plupart de mes lettres ont été remplies jusqu'à présent. Je vois trois fois la semaine tout au moins mylord Stanhope, M. Craggs et M. Robethon. A l'égard de M. Schaub je lui rends visite tous les matins, et outre cela nous nous voyons très souvent chez mylord Stanhope et à la cour.

studio incumbit ut bene cedat. Cum Batavos audit assensisse Quadruplici Fœderi bellumque Hispaniæ regi esse indictum, victrices litteras ministro mittit sibique sumit ut ei indicet quo modo æquiore loco res futuræ sint (1).

Quibus rebus patet et sequentibus Destouches bonum et fidelem servum, domino addictum, nullum officium hominis amantissimi prætermisisse. Raro ei suas occultas cogitationes explicat, nihil aliud vult quam aliena subsequi verba (2), suaque propria diligenter ministro mittit, eum non celat

---

(1) Destouches à Dubois (23 nov. 1718).— La joie de ces Messieurs (les ministres d'Angleterre) a éclaté à un tel point qu'ils m'ont tous fait l'honneur de m'embrasser pour me féliciter. Ce serait une puérilité et une sotte vanité de ma part de vous marquer une pareille circonstance, si je ne la croyais plus propre que toutes mes relations à vous dépeindre vivement et au naturel leurs sentiments et leurs dispositions présentes... En profitant bien du besoin qu'a le gouvernement présent de l'appui de la France pour se maintenir, vous saurez, quand il vous plaira, prendre sur lui une certaine supériorité qui le tiendra dans votre dépendance, sans cependant la lui faire trop sentir; ce qui pourra dans la suite faire faire à Son Altesse Royale la plus grande figure dans l'Europe et donnera à votre ministère un relief qui imposera à tout le monde.

Pardon, Monseigneur, si pour la première fois, je me hasarde à vous dire mon opinion; n'attribuez cette liberté qu'à l'occasion qui m'invite à la mettre au jour, et si je dis une sottise, daignez l'excuser en faveur du zèle qui en est la source et qui me rend téméraire.

(2) Destouches à Dubois (oct. 1818). — Je ne puis ni ne dois rien supprimer des choses que l'on me dit et qui peuvent avoir rapport au bien du service et à votre gloire... Je ne sais pas si cette conséquence est juste et, si j'osais mêler mon avis à tout

quos inviserit, quo modo se gesserit, quibus de rebus actum fuerit. Attamen jam tum non dices Destouches omnino felicem esse : ad superiora se sperabat ascensurum neque jam indigna passurum esse. Quod si hoc nimis violentum dicere videtur, ante oculos ponas eum ministri vices gerentem, qui tantum scriba non vero minister est, cum ministris quotidianam vitam agentem, non esse qui cum iisdem fædus sanciat. In re de Cessione dicta quo tempore pactum obsignare oportuit, illud omnes ministri obsignarunt ; ubi ad Destouches ventum est, ipse confessus est se obsignare non posse quia tantum scriba erat, quod quidem nulli in mentem ceciderat : itaque inviti coacti sunt regis procuratoris titulum illi dare ; sed recusavit Destouches utpote sibi a Dubois titulum minime tributum (1).

Attamen verbis solum et vocibus, mercedis loco, a Dubois donatus est ipse, qui non tantum hono-

---

ceci, je dirais qu'elle ne me paraît point telle, mais j'ai l'honneur de vous marquer, Monseigneur, ce que M. Craggs vient de me dire.

(1) Destouches à Dubois (25 oct. 1718). — On a voulu me donner dans cet acte la qualité de *chargé des affaires du Roi*. Je l'ai refusée pour deux raisons : l'une que je n'étais point autorisé par vous à la prendre, et l'autre qu'avec un pareil titre, j'aurais dû, ce me semble, signer avant le secrétaire de M. de Penterricker, ce qui aurait fait de la difficulté... Il est de mon devoir de vous informer que l'on m'a dit ce matin qu'on devait me faire un présent de la part du Roi de la Grande Bretagne. Je n'ai point hésité à répondre qu'il ne m'était pas permis de l'accepter sans que vous ne me l'eussiez permis et même ordonné.

ribus sed etiam pecunia orbatus erat. Quare cum audivit Londinium legatum gallicum novum petiturum esse, curavit ut per Craggs impetraret Sedentis titulum cum licentia Genevam adeundi. Dubois autem libellum bona mente accepit responditque se scriptoris causa magnopere velle, eumque commodius facturum si tempus aucuparetur.

Noli tamen credere abbatem a legatione poetam discedere voluisse, nam habebat cur Genevam eum non mitteret : poeta enim singulari officio fungebatur. Inter Craggs qui Philippo Destouches novum munus (1) petebat et abbatem (2) his pre-

---

(1) Craggs à Dubois (8 déc. 1718). — ...Je ne sais si M. Destouches vous aura bien expliqué tout ce que je lui ai dit sur ce chapitre. C'est un fort honnête homme, qui vous est bien affectionné et qui me paraît bien intentionné pour la cause commune. Si vous jugez à propos que je me serve de son canal pour vous communiquer toujours mes sentiments et mes pensées, je suis prêt à le faire avec cette ouverture de cœur et cette franchise que j'estime et l'amitié que j'ai pour vous et que je vous dois me demandent. Cependant, permettez-moi de vous dire qu'à en juger par de certaines apparences, je ne crois pas que ce pauvre homme soit trop riche et je crois qu'il est nécessaire, quand on veut se servir des personnes dans des affaires de cette délicatesse, et de cette confidence, de les mettre au moins hors de la nécessité. Il est difficile que les meilleures dispositions résistent à la mauvaise fortune, et pour n'avoir rien de plus à vous dire sur ce sujet, je veux seulement vous assurer sur ma parole d'honneur que M. Destouches ne m'a jamais témoigné la moindre inquiétude, et je ne vous dis que mon soupçon particulier.

P. S. — Si vous donniez à Destouches le caractère de Résident cela ne contribuerait-il pas à faciliter cette correspondance qui doit passer par son canal ?

(2) Dubois à Craggs (16 janv. 1719).— ... Quand j'ai eu l'hon-

cibus difficilem secretarum epistolarum consuetudo erat crebra; igitur verisimile est poetam qui, exclusis aliis, earum particeps erat, hoc novum munus eo libentius implevisse quod domini benevolentiam et beneficia consectaretur, ad quæ tota mente incumbebat. Mox in graviora et aliquo modo indecora tam acriter se intendit ut si ejus calliditatem et studium laudare tibi placuisset probitatem certe non laudavisses.

## § III.

### Quo modo poeta cum comite de Sennectère se habuerit?

Comitem de Sennectère legatum (1) in Angliam misit abbas Dubois, non quod maximi eum haberet, sed quia non erat is qui ad hunc titulum

---

neur de vous proposer de me faire passer par M. Destouches ou quelqu'autre ce que vous désireriez de S. A. R., dans chaque occasion, je n'ai pas eu dessein de priver mylord Stair de vos ordres, et lui attirer le dégoût de traiter les affaires par un autre canal que le sien, et sans sa participation.

(1) Dubois à Craggs (16 janv. 1719). — S. A. R. paraît disposée à vous envoyer un ambassadeur. Mais afin que le choix vous soit agréable et convienne à l'intention qu'elle a d'affermir toujours de plus en plus notre union, on vous le donnera à l'essai, et il sera d'abord sans caractère, qu'il prendra lorsque vous de votre côté et nous du nôtre aurons éprouvé qu'il est

Destouches transducere posset. Unde sequitur ut duo legati Londinii essent, nomine et titulo de Sennectére, reverâ Destouches (1).

Illud compertum erit si litteras consideraveris

---

propre à affermir notre union. Lorsque S. A. R. se sera déterminée, je prendrai des mesures auprès de celui qui sera choisi afin que M. Destouches reste avec lui ; ce qui le mettra à portée, lorsque vous aurez quelque chose de particulier à me faire savoir, de vous servir de lui. Je vous remercie pour lui de l'attention que vous avez eue à ses intérêts. Ils me sont chers et je lui ferai plaisir en tout ce qui me sera possible.

(1) Destouches à Dubois (4 mai 1719). — ... J'ai eu l'honneur de vous demander vos ordres sur la conduite que je devais tenir à M. le comte de Sennectère, et je les attends avec impatience, parce qu'il m'est impossible de me bien conduire et d'entretenir une correspondance secrète entre vous et les ministres anglais, sans être autorisé par vos instructions. Daignez faire attention à cet article parce qu'il est plus important que je ne puis le dire.

Au reste, Monseigneur, il m'est impossible de vous dissimuler plus longtemps que je suis aussi surpris qu'affligé que vous ayez différé jusqu'à présent à régler mon état. Je prends la liberté de vous dire que lorsque vous avez eu la bonté de me mander que S. A. R. m'avait fait la grâce de me nommer pour secrétaire de l'ambassade, je me suis flatté que j'aurais ce titre dans toutes les formes, c'est-à-dire que vous daigneriez me procurer des appointements de la Cour et des lettres de créance, ce qui caractérise un secrétaire de l'ambassade. Sans cette idée, j'aurais pris la liberté de vous demander comme la plus agréable récompense de mon zèle et de mes services, de me rappeler auprès de vous, parce que j'ai fait vœu de vous être essentiellement et inviolablement attaché. C'était mon goût, c'était mon intérêt. Je n'ai sacrifié l'un et l'autre qu'au bien du service. Mais en les sacrifiant, j'ai osé présumer que vous daigneriez me consoler du déplaisir d'être éloigné de

quibus Dubois scriptori nuntiat in ejus manibus res omnes magni momenti esse, quæ ad legatum ab illo commeabunt tantum si voluerit. Craggs sane attendit, si quis in ministro pudor esset, nunquam legatum inscium futurum esse quid gereretur; sed talia dicenti Dubois non assensus est (1). Eo tempore Destouches vehementer confidit se beneficium citissime accepturum esse :

---

vous, Monseigneur, par tous les agréments que vous pourriez attacher à l'état auquel vous jugiez à propos de me destiner. Si les exemples ne me sont pas favorables ou si vous avez des raisons pour ne pas mettre auprès de M. de Sennectère un secrétaire d'ambassade tel que j'ai cru l'être, ayez la bonté, Monseigneur, de me faire servir sous vos yeux et sous vos ordres ; vous connaissez présentement ma fidélité, mon zèle, mon dévouement. Vous savez si je suis capable de quelque chose. Je m'en rapporte à votre justice et à votre bonté et c'est d'elles seules que j'attends ma destinée.

(1) Craggs à Dubois (20 janv. 1719) — Nous vous sommes fort obligés, Monsieur, de l'attention que vous avez en nous envoyant M. le marquis de Sennectère d'abord sans caractère. Les raisons que vous m'en donnez aussi bien que celles que vous avez eues pour ne pas nommer M. le marquis d'Allègre sont au Roi des marques bien sincères de l'amitié de S. A. R. Quiconque lui viendra de sa part recevra tous les témoignages d'estime et d'amitié dont nous serons capables, mais à moins que vous ne songiez à faire venir quelqu'autre ici à la place de Destouches pour cultiver la correspondance particulière entre vous et moi, et à qui je puisse dicter de temps en temps ce qu'il devra vous écrire, je prévois beaucoup de jalousie, de défiance et de mécontentement de part et d'autre, si le ministre de France, qui aura Destouches dans la maison avec lui, s'aperçoit qu'on lui cache quelque chose. D'ailleurs il me paraît de bonne politique de donner quelque petite marque de faveur à un homme à qui l'on confie les affaires les plus secrètes.

novum munus, novæ preces (1) quæ incassum missæ fuerunt.

Destouches jussus est cum Anglico rege Hanoviam ire, reipsa ut comitem de Sennectère specularetur (2), vixque a Dubois impetravit ut sibi antea liceret Lutetiam invisere (3) : quod illi non

(1) Destouches à Dubois (15 mai 1719). — Je suis bien mortifié, Monseigneur, que vous ne puissiez rétablir pour moi le poste de secrétaire d'ambassade sur l'ancien pied et plus encore de ce que vous n'avez plus aucun emploi à me donner auprès de vous. Mais vous avez à votre disposition les moyens de suppléer à ces inconvénients et j'ai tant de confiance en votre justice et en votre bonté que j'attends sans nulle inquiétude la disposition que vous ferez de moi. Je vous obéirai aveuglément et je tâcherai de mériter les marques les plus particulières de votre confiance et de votre attention. Je ne suis ni ambitieux, ni présomptueux, mais je crois pouvoir me flatter qu'elles ne me seraient pas données inutilement, et que vous n'auriez aucun lieu de vous repentir, si vous daigniez m'honorer de quelque emploi qui me mît à portée de faire connaître toute l'étendue de mon zèle et de ma fidélité. Je n'ose vous parler avec liberté, Monseigneur, que parce que vous me comblez de bontés et que vous me paraissez persuadé de mon très respectueux dévouement.

(2) Dubois à Destouches (5 août 1719). — Je ne peux pas envoyer un exprès à Hannover sans vous donner un signe de vie, et un témoignage de la continuation de mon attention à ce qui vous regarde, et de mon amitié, et je ne doute pas que, par le retour des courriers, vous ne m'écriviez ce que vous n'oseriez pas confier à la poste.

Il est impossible qu'il n'y ait beaucoup de choses que vous jugiez dignes de ma curiosité, et je n'ai qu'à vous en laisser le choix, ou plutôt que vous en preniez le parti de m'écrire toutes celles que vous découvrirez.

(3) Dubois à Destouches (24 mai 1719). — Si vous venez à

evenisset si arcana se proditurum non promisisset (1). Ibi nullam pecuniam, laudes dumtaxat

---

Paris, je vous dirai de quelle manière vous devez vous conduire pour les choses secrètes que les ministres d'Angleterre pourraient souhaiter me faire savoir à l'insu de M. de Sennectère. Mais si vous ne venez pas à Paris, il suffit de vous marquer que si mylord Stanhope, M. Robethon et M. Schaub souhaitent que vous m'écriviez quelque chose de cette espèce que vous réduirez au moins qu'il vous sera possible, c'est-à-dire uniquement à ce qu'il vous serait impossible de lui communiquer sans le compromettre et le fâcher ; vous me l'écrirez en particulier et en chiffres, observant même de ne m'écrire que par la voie des courriers les choses dont il importe qu'on n'ait point de connaissance en France.

Si vous devez revenir en France, chargez-vous de porter les pierreries du Roi, que Guillaume Law vous confiera en lui remettant le billet ci-joint, et prenez toutes les précautions possibles pour les porter en toute sûreté, c'est-à-dire que, si Chef est encore à Londres, vous veniez tous deux ensemble, et s'il est déjà parti, que vous vous fassiez accompagner par quelqu'un jusqu'à Calais, que vous cousiez la poche où vous les mettrez ; que sans vous embarrasser de faire diligence vous ne marchiez tant en Angleterre qu'en France en plein jour et surtout que vous ne fassiez confidence à personne sans exception de ce que vous devez porter, ni du jour de votre départ. Si vous alliez à Hannover sans venir à Paris, vous feriez confier le même dépôt à Chef à qui vous feriez prendre les mêmes précautions que je viens de marquer.

(1) Destouches à Dubois (15 mai 1719). — Mylord Stanhope m'a fait la grâce de me destiner une place dans son yacht... Mais si vous permettez que je passe par Paris, il m'a dit qu'il me chargerait en grande confidence de rendre compte à S. A. R. et à vous, Monseigneur, de beaucoup de choses qu'il n'a pu confier ni au papier, ni à aucun Anglais qui allât à Paris, pas même au colonel Stanhope, son cousin.

obtinuit (1). Aliquot post mensibus Londinium rediit; tum res ejus in desperatione summa positæ sunt. Jam antea Hanovriæ multas calamitates hauserat, panem petierat et non fuit qui ei frangeret; Londinii vero necesse fuit ut abbas frequentibus litteris large promitteret ut scriptori bonum faceret animum. Non enim erat jòcandi aut vana promittendi locus: poetæ quidem turbulenta videbantur imminere. Comes enim de Sennectère a se eum dimittere voluit et a rebus publicis alienum esse; nam si de secretis epistolis certior non factus erat, saltem in illum magnam suspicionem conferebat (2). Idcirco, ut jussus erat Philippus Destou-

---

(1) Dubois à Destouches (9 avril 1719.— J'ai reçu, Monsieur, votre lettre... Faites de votre mieux dans la situation où vous vous trouvez, sans inquiétude et sans prendre à mépris ni à déshonneur ce qu'on ne vous fera point faire, et sans vous impatienter de votre situation qui ne peut changer présentement, et tàchez de faire en sorte que l'on revienne par votre douceur et votre tranquillité à la confiance que vous méritez. Contentez-vous d'observer les choses que vous croirez véritablement importantes au service dont vous me donnerez avis par les courriers qui viendront. Cette conduite, à la longue, vaudra mieux pour vous que les emplois que vous souhaiteriez ici, qu'il n'est pas en mon pouvoir de vous procurer. Soyez assuré seulement que je vous tiendrai compte des sacrifices que vous me ferez et que rien ne diminuera l'amitié que j'ai pour vous.

(2) Destouches à Dubois (21 sept. 1719). — J'apprends dans ce moment que M. le comte de Sennectère vous écrit par le retour de l'officier que le colonel Stanhope avait dépêché à mylord Stanhope son cousin et je profite secrètement de cette occasion, l'unique qui se soit présentée depuis longtemps, pour avoir l'honneur de vous marquer que quelque discrète et mesu-

ches comiti admovere, ita jussit comes parvum Blondel scriptori admovere (1). Quamobrem Destouches abbati secreta petenti non bellè de

rée que soit ma conduite, il ne m'a pas encore été possible jusqu'ici de gagner la confiance de M. l'ambassadeur. Il n'y a sorte de tentatives que je n'aie faites et que je ne fasse tous les jours pour cela. Mes empressements mêmes lui paraissent suspects et tenir à quelque finesse : en quoi il se trompe d'autant plus que la seule dont je me pique, c'est de n'en avoir point. Pour le guérir des soupçons qu'on lui a fait naître, je vois rarement mylord Stanhope, M. Schaub et M. Robethon. Je ne sors point sans dire où je vais. Je remets à ses gens toutes les lettres que j'écris, afin qu'ils les portent à la poste. Enfin, Monseigneur, pour vous faire un entier sacrifice, je dissimule mon chagrin, et je feins d'être l'homme du monde le plus satisfait... Vous jugez bien, Monseigneur, qu'autant que je le puis dans ma petite sphère, je n'oublie rien de ce qui peut nous conserver un ministre aussi éclairé et un ami aussi solide et aussi sûr que mylord Stanhope.

(1) Destouches à Dubois (8 oct. 1719). — J'ai vu par votre dernière lettre à M. le comte de Sennectère que vous vous plaignez de ce qu'il ne vous écrit ni assez régulièrement, ni assez amplement. Cela m'avait paru comme à vous, mais jusqu'ici je n'ai pas eu de voix au chapitre. J'aurais supplié ou défait si deux choses ne m'en eussent empêché. La première, que pour ne point donner de jalousie, je vois rarement les ministres ; la seconde, qu'on m'examine de trop près pour que j'ose risquer d'écrire par la poste, et comme on dépêche rarement des courriers, il faut que je garde le silence malgré moi. D'ailleurs, M. l'ambassadeur n'ayant pu être logé à Gœhre, on nous a placés par les soins de mylord Stanhope et Sunderland dans une petite maison à une lieue du château. Cette maison appartient à un gentilhomme nommé M. Spurch, mais nous y sommes si à l'étroit que ma chambre donne dans celle du petit Blondel, mon espion perpétuel, en sorte que je ne puis écrire un mot sans exciter sa curiosité, ce que je n'ose trouver mauvais de

legato dicit (1), semperque queritur tum de intentiore cura qua asservatur, tum de egestate in qua vitam degit, tum de superiore munere quod affectat, tum de infimo loco in quo ab omnibus

---

peur qu'on ne me soupçonne de mystère et que cela n'éloigne de moi M. l'ambassadeur que je veux tâcher de gagner peu à peu, bien loin de faire la moindre des choses qui puisse l'aigrir. Je sens même qu'il m'aimerait s'il pouvait prendre confiance en moi, mais je u'ai encore pu l'y engager parce qu'il en est détourné continuellement. Quelques mots que vous glisserez de temps en temps dans vos lettres, Monseigneur, avanceront l'ouvrage.

Dubois à Destouches (24 fév. 1720). — M. de Sennectère demande qu'il reste à Londres encore six semaines ou deux mois pour son instruction, me faisant sentir par là qu'il ne voulait pas se servir de vous. Cependant conduisez-vous avec un grand respect à son égard, mais tâchez de prendre toutes les précautions possibles pour savoir les principales liaisons que l'Ambassadeur et les principaux de sa maison auront et ne m'écrivez jamais sur ces matières que par des exprès. M. de Sennectère part demain... Ne faites pas semblant de tout ce que je vous écris à tout autre qu'à mylord Stanhope.

(1) Destouches à Dubois (3 déc. 1719). — Je prends la liberté de vous dire tout naturellement, Monseigneur, que les ministres le (M. de Sennectère) trouvèrent d'abord fort neuf dans ces affaires et même épineux par de fausses idées qu'on lui avait insinuées, mais qu'ensuite leurs soins, ceux de M. de Campredon et les miens, l'ont mis tout à fait dans la bonne voie et qu'ils ont reconnu depuis en lui des intentions droites, un attachement sincère à S. A. R. beaucoup de franchise et de probité et un caractère doux et sociable dont ils s'accommodent infiniment.

Ils ne le blâment que sur une chose, c'est sur l'aveugle confiance et la complaisance outrée, s'il m'est permis de rendre leurs expressions, qu'il a témoignée trop ouvertement pour le

propter munus tenetur (1). Quod autem erat hujusmodi ut abbas jam in dies quanta fides poetæ esset habenda clarius perspiceret, legatusque nullam in ejus fide spem haberet ; poeta tamen propositum assecutus est : parvus enim Blondel demum dimissus est (2).

Pernecesse erat in nummis etiam paucissimis versari ; tandem a Dubois precibus obtemperante pecuniam satis multam accepit (3). Ex hoc ne

---

petit Blondel qu'ils ne peuvent souffrir, non seulement parce qu'il s'est montré rempli de mauvais principes sur les affaires présentes, ce qui les a alarmés et mis en défiance, mais parce qu'il s'est donné des airs ridicules et impertinents qui ont surpris et choqué tout le monde et qui l'ont fait passer pour un petit fat des plus accomplis. Ce qui a rejailli en quelque façon sur M. le comte de Sennectère qui l'a mené partout sur le poing... Deux bons copistes suffiront à M. l'Ambassadeur et tous les sublimes qu'il pourra amener avec lui pour les affaires ne serviront qu'à tout gâter et à causer des tracasseries.

(1) Destouches à Dubois (mars 1720). — Quand vous jugerez à propos de m'envoyer quelque exprès, ayez la bonté de lui ordonner de descendre dans un cabaret et de me faire dire par un garçon qu'un de mes amis m'y attend pour boire une bouteille avec lui.

(2) Dubois à Destouches (24 fév. 1720). — S. A. R. a dit à M. de Sennectère qu'il ne souhaitait pas qu'il amenât en Angleterre le sieur Blondel, ce qui lui a fait une peine extrême. M. de Sennectère ne m'a pas dit un mot de vous, mais il m'a paru avoir un éloignement et une défiance invincible sur votre sujet ; si vous ne pouvez pas rester chez lui, vous ferez après le départ de M. de Chammorel les commissions touchant la marine qu'il faisait dans le temps que j'étais à Londres...

(3) Appointements au sieur des Touches (31 déc. 1719). — « Garde de mon trésor royal M. Pierre Gruyn, payez comptant

colligas Destouches a ministro magnum præmium consecutum fuisse ; at hoc erat non merces sed stipendium ejusmodi ut impenderetur statim acceptum. Cogita nuntiorum præmium qui ad Dubois litteras legato ignotas ferebànt laxius solvendum (1), sumptus effusos in majus crescentes, neminem ulli credentem, et compertum erit pecuniam a Dubois datam illi in paupertate versato minimæ levationi esse ; ita ut paulopost poeta ad abbatem novas instantes litteras mitteret (2). Insuper legatus scriptorem hospitio acci-

---

au sieur des Touches, chargé de mes affaires auprès du Roy de la Grande Bretagne, la somme de sept mille livres que je lui ai ordonnée pour ses appointements et le supplément de ses appointements en ladite qualité pendant les sept derniers mois de la présente année à raison de 1,000 fr. par mois : Fait à..., etc.

(1) Destouches à Dubois (9 mai 1720). — Je compte que vous avez déjà pris vos mesures avec M. de Molé pour établir cette correspondance secrète. Mais afin de la cacher mieux (et sans cela je n'en pourrais venir à bout) et pour m'ôter d'un quartier où l'on sait tout et où je suis sous les yeux de tous les curieux je vais demeurer dans une rue fort éloignée auprès de la nouvelle place de Hannover. Là je pourrai recevoir et envoyer des courriers sans que qui que ce soit s'en aperçoive, et surtout sans que M. de Sennectère en puisse rien savoir ; mais pour tout cela, il faut de l'argent.

(2) Destouches à Dubois (30 mai 1720). — Je vais avoir l'honneur de vous mander, Monseigneur, des choses qui mériteraient que j'envoyasse un exprès à Calais ; mais je n'ai pas une guinée pour le faire partir. Je n'ose plus emprunter, parce que j'ai fatigué tous mes amis, et en vérité, si vous ne daignez pas régler mes affaires et pourvoir à mes besoins pressants, je serai au désespoir. Ayez la bonté de considérer que je vous ai demandé de quoi vivre dès le temps que j'étais sur le point de

pere noluerat, isteque ex pecunia sua domum conducere coactus erat. Non tantum per seipsum sed præsertim per patronos ab abbate promissa expetebat, nihil tamen accipiebat (1).

---

m'embarquer pour repasser en Angleterre, que je n'ai pas touché un sol et que je suis réduit à la dernière misère, qu'en un mot elle est telle que je me trouve hors d'état de dépêcher un exprès.

(1) Schaub à Dubois (3 sept. 1720), — J'ai été tout étonné de retrouver M. Destouches dans le même état où je l'avais laissé, un pauvre secrétaire. Assurément, Monseigneur, ni il ne le mérite de vous, ni le peu de figure que vous lui faites faire convient au service de S. A. R. Il y a déjà huit mois que vous en êtes tombé d'accord avec mylord Stanhope et moi et que vous nous avez promis de mettre M. Destouches plus au large en haussant ses appointements et son caractère. Si cela nous a paru nécessaire alors, il ne nous le paraît pas moins présentement. Il arrive tous les jours des cas où il est important que nous puissions communiquer avec vous par une personne à qui notre cœur soit ouvert comme il serait à V. E. même. Nous savons que nous pouvons en user ainsi avec M. Destouches, mais nous ne savons pas précisément jusqu'à quel point M. de Sennectère vous est attaché, outre qu'il amène toujours avec lui des gens à qui il se livre, et qui, de nécessité, nous mettent en garde contre lui. Or, vous serez toujours gêné dans votre correspondance avec M. Destouches tant qu'il ne sera que simple secrétaire d'ambassade. Et il ne peut plus vous écrire ni nous fréquenter avec la même liberté dès que l'ambassadeur se trouve sur les lieux. Il faut donc que vous le tiriez de cette dépendance. Et nous revenons par cet effet à l'expédient que nous vous avons proposé et que vous avez agréé il y a huit mois. C'est que vous confériez à M. Destouches le titre et la paie de résident, avec le soin des affaires qui concernent le commerce. Par là, vous encouragerez un homme qui mérite votre reconnaissance autant que votre confiance. Vous le met-

« Sumptui ne parcas ulla in re », scribebat Dubois, cui respondebat Destouches se non habere unde hoc fieret. Quod ita esse putaveris, cum videris Dubois, qui Galliæ ærarium diffusum sciebat, novam pecuniam scriptori mittentem episcopalemque suum annulum oppignerantem (1). Talibus benevolentiæ inopiæque signis datis scriptor finem querendi fecit, abunde ratus sumptum sibi decerni non autem integrum stipendium. Deinde ministri molestis verbis commotus, sæpissime dicit se nihil habere quod ad eum mittat nisi obsequium seque malle manum suam ad stipem porrigere, subuculam vendere, quam pro-

---

trez en état de vous écrire et de nous parler quand besoin sera, sans que l'ambassadeur puisse s'en formaliser.

(1) Dubois à Destouches (7 oct. 1720). — Je n'ai pu répondre jusqu'à présent à toutes vos représentations sur vos besoins que par le silence. C'est la seule réponse qu'on a pu faire depuis six mois à tous ceux qui sont dans les pays étrangers, dans les postes les plus éclatants comme à Rome et partout ailleurs, pour leur subsistance et les affaires les plus essentielles, quoiqu'ils se trouvent sans crédit et sans aucune ressource, de sorte qu'on ne dépêche plus de courriers dans les pays étrangers et qu'on n'y envoie rien par l'exorbitance du change.

J'ai fait pour vous ce que je n'ai jamais pu ni osé faire pour mes besoins les plus pressants. Car ces deux cents pistoles ont coûté 33,000 fr. dont j'ai payé 15 m. et donné ma bague épiscopale en gage pour les 17,000 fr. restant. Ménagez-vous sur cela, car je ne sais combien ce désordre durera et, s'il fallait vous fournir un second secours avant un changement considérable, il n'y aurait point d'autre remède que votre retour en France, à quoi sont réduits presque tous ceux qui sont employés, grands et petits.

tectorem querelis crebris obtundere, ejus habere litteras tanquam patris ad filium consilia potiusquam ingenio præstantis ministri mandata ad humillimum scriptorem. Sed quid hæc, nisi verba? duos post menses pecunia orbum se fatetur (1); semper erat Destouches homo nullo numero, cum inferioris ordinis præpositis recumbebat, dum ministri, etiam minimi, proxime Anglorum regem sedebant: mediocritate a Dubois donabatur qui vanas spes egregiasque laudes usque ad finem ei afferebat.

Quotiescumque ad majores honores Dubois provehebatur, putabat Destouches fore ut quo potentior minister eo felicior ipse esset. Dubois tamen constitutus est cardinalis, atque etiam primas tenuit, Destouches autem ultimas. Nihil

---

(1) Destouches à Dubois (25 nov. 1720).— J'ose vous supplier très humblement, Monseigneur, de me faire expédier une ordonnance de voyage depuis Hannover jusques à Londres. Voilà, si vous daignez faire attention, la quatrième que j'ai demandée et qui m'est bien due puisque j'ai fait deux fois le voyage d'Angleterre à Hannover et de Hannover en Angleterre, outre celui que j'ai fait de Londres à Paris avec l'agrément de S. A. R. Je sais qu'il n'y a point d'argent présentement à espérer ni pour cela, ni pour mes appointements de près de quatre années, ni pour les quatre actions dont S. A. R. avait daigné me gratifier et qui sont restées entre vos mains ; mais du moins je supplie très humblement S. A. R. et V. Grandeur de faire régler une fois mes petites affaires et de considérer que depuis quatre ans que j'ai l'honneur de servir le Roi en ce pays-ci, je n'ai pas même pu parvenir à avoir la moindre certitude sur ma situation.

timebat quod non esset timendum; ad extremum enim intellexit irritum esse queri, neque se aliquid commodi ex humili loco in quo detinebatur capturum; ideo Lutetiam rediit mense junio 1723, quo « celebriorem videret ministrum ». Paucos post menses Dubois a vita excedebat, moxque etiam regni Procurator qui Destouches promissis oneraverat, pollicitus se tantam ei benevolentiam quantam cui maximam præstiturum; quam nunquam habuit manifestam, etsi centum millia pondo per partes ei tribuisset.

Non pauci sunt qui dicant Destouches pro meritis ab Anglis munus forte accepisse ita ut de Anglis melius meritus esset quam de Gallis; sed attendendum est stipendium, dum maneret Londinii, ei per partes et raro distributum fuisse, nullum legatis accipientibus, proindeque quod videtur munus ingens reipsa mere stipendium esse, satis quidem pro tempore amplum, quo usus est ut agros compararet remque familiarem augeret, haud immemor æris alieni quod dissolvit (1).

---

(1) Destouches à... (16 janv. 1724). — Les 30,000 livres qu'il vous a plus de me faire toucher en dernier lieu ne me laissent pas douter que vous ne vous fassiez un plaisir de me procurer toute la justice que j'ai lieu d'attendre. C'est pourquoi j'ose me flatter, Monseigneur, que vous me donnerez bientôt le paiement de ce qui m'est dû de reste.

## § IV.

### Quali munere singulari poeta functus sit ?

Non prætermittendum est negotium maximi momenti quod Destouches patravit et ab historicis per modum joci traditum est. Jocus autem non longe a vero discrepare videbitur si oculis epistolas perlegeris quas Destouches ad Dubois misit ut eum de rebus admoneret ad cardinalis titulum et episcopatum pertinentibus.

Jamdudum Dubois in animo habebat se ad cardinalis nomen provehi posse ; itaque putat Destouches ad id fore studiosum, et eo faciliorem reges operam navaturos quod hac in re nihil aliud sint assecuturi nisi ut Dubois sibi concilient (1).

---

(1) Destouches à Dubois (3 déc. 1719). — Comme je serais imprudent si je me donnais l'honneur de vous écrire par la poste, Monseigneur, sur la négociation particulière dont il vous a plu de me charger, et comme on m'a communiqué ce matin la réponse que mylord Stanhope a reçu de M. de St Saphorin touchant cette affaire, j'ai cru ne pouvoir me dispenser de vous dépêcher Henry qui est le seul homme de confiance que j'aie ici... Vous verrez par l'extrait de la lettre de M. de St Saphorin qu'il a suivi avec exactitude et avec diligence les ordres que le Roi de la G. Br. lui a fait donner par mylord Stanhope et que l'empereur a consenti de bonne grâce à solliciter le Pape en votre faveur ; mais qu'il a fait entendre qu'il voulait ménager

Austriæ vero imperator solus contradicit oportuitque Angliæ rex eum impelleret ut apud Papam se deprecatorem pro eo præberet (1); præterea Georgii regis rogatu, Remensis archie-

---

en même temps tous les droits qu'il croit avoir non seulement en qualité d'Empereur, mais même en qualité de souverain d'une partie de la monarchie espagnole. En conséquence desquels ce prince prétend avoir deux chapeaux à sa nomination. A la vérité il a dit que tout cela pouvait se concilier. Je le veux croire, et je le souhaite, mais je me persuade aussi que je ne puis trop me hâter de vous faire savoir ses intentions et ses vues afin que vous ayez le loisir de faire vos réflexions, de prendre vos mesures, et de me donner de nouveaux ordres, en cas que vous jugiez que cela soit nécessaire. Si je présumais moins de l'habileté et du zèle de M. de S[t] Saphorin, je craindrais que toutes les cabales qui se font à Vienne touchant les affaires de Rome ne retardassent les bons offices de Sa Majesté Impériale. Mais mylord Stanhope et M. Schaub ne doutent point que ses soins et ses sollicitations n'ayent prévalu sur tous les obstacles qu'il expose. D'ailleurs ce qui facilite le succès de votre affaire, plus que tout autre chef, Monseigneur, c'est que S. A. R., à la prière du Roi de la Grande Bretagne, vous a accordé la nomination de la France.

(1) Destouches à Dubois (16 déc. 1719). — Malgré toutes les tracasseries et les longueurs ordinaires de la Cour de Vienne, l'Empereur a écrit au Pape à votre sujet, Monseigneur, de la manière qu'on l'a désiré. Le roi d'Angleterre est véritablement touché de l'effet qu'a produit sa lettre à S. A. R. et il témoigne une sensible reconnaissance de la manière et de la promptitude avec laquelle elle a eu égard à ses représentations et à sa recommandation; sur quoi je prends la liberté de vous dire, Monseigneur, qu'on m'a fait sentir qu'il serait à propos que vous me donnassiez ordre de faire un remerciement de votre part à Sa Majesté Britannique.

piscopus jussus est abnuere cardinalatum (1); sed sic quoque res non bene se habuit (2): hoc solatio usus est Dubois quod facilius ad episcopatum promoveri posset. Destouches enim in causam

(1) Destouches à Dubois (25 déc. 1719). — Toutes les fois que j'ai honneur de me présenter au Roi, il me parle de cette affaire qu'il a fort à cœur et il eut encore la bonté de me dire hier qu'il n'aurait point de repos que vous ne fussiez cardinal, qu'il avait appris par mylord Stair que l'Archevêque de Reims avait eu ordre de refuser sa nomination et que ce prélat avait même prévenu cet ordre en rapportant le bref du Pape à S. A. R. sans l'avoir ouvert, et que cela lui faisait espérer qu'elle voudrait bien s'employer pour vous procurer cette place. Mylord Stanhope m'a dit aujourd'hui que si la chose était impossible, le Roi son maître était prêt à faire toutes les démarches qu'on jugerait nécessaires, que si S. A. R. le trouvait à propos, il écrirait à l'Empereur pour le prier instamment d'engager Sa Sainteté à lui promettre pour vous le premier chapeau qui serait vacant, que Sa Majesté Britannique se flattait que l'Empereur ne lui refuserait pas cette complaisance, et qu'elle espérait ainsi que S. A. R. voudrait bien, de son côté, écrire de la même manière au Pape pour avoir sa parole. Qu'au reste, elle mettrait la main à la plume, dès qu'elle aurait sur cela l'agrément de S. A. R.

(2) Dubois à Destouches (18 déc. 1719). — La lettre de S. M. B. fit auprès de S. A. R. tout l'effet qu'on en pouvait attendre. Il est vrai que S. A. R. ne m'a pas procuré la nomination de la France, comme vous l'avez cru. C'est une grâce que S. A. R. n'a pu me faire, mais elle a écrit à Rome très fortement et très honorablement pour moi. Mais le même jour que sa lettre partit de Paris, le Pape répandit à Rome tous ses trésors et donna tous les chapeaux vacants sans en garder qu'un *in petto* qui est destiné à remplir la nomination du Roi d'Espagne que le Pape a entre les mains, et qu'il n'a pas voulu déclarer pour éluder la prétention de l'Empereur qui voudrait aussi un chapeau en qualité de Roi catholique et qu'il ne pourra pas demander lors-

domini multum incubuit apud omnes ministros præsertim Stanhope qui confessus est « Angliam, Austriam, Bataviam valde gavisuram quod Cameracensis archiepiscopus adsit ingenio et prudentia præstantissimus ».

Paulo post Angliæ regem Destouches adibat ut ei gratias ageret quod ministrum ad majorem dignitatem promovisset (1). « Si ad summam pervenerit, respondit Georgius, mihi abunde erit ». Quod evenit post annum (2).

---

que la paix sera conclue. Voilà donc les espérances qu'on avait pour moi à vau l'eau, mais je n'en suis pas moins touché de la reconnaissance que je dois au Roi de la Grande Bretagne et à mylord Stanhope et tout ce que vous pourrez faire ou dire pour le leur faire connaître me fera un plaisir infini.

(1) Destouches à Dubois (12 fév. 1720). — Le Roi d'Angleterre et mylord Stanhope sont ravis, Monseigneur, de ce que S. A. R. vous donne l'archevêché de Cambrai. Le bon mylord a voulu que ce fût moi qui eusse l'honneur de remercier Sa Majesté Britannique de votre part. Il m'a donc procuré une audience pour cela, et j'y ai fait de mon mieux pour témoigner à ce prince l'excès de votre reconnaissance. Je vous assure, Monseigneur, qu'il m'a dit en propres termes qu'il n'avait rien de plus cher que vos intérêts et qu'il était infiniment redevable à S. A. R. d'avoir eu tant d'égard pour sa recommandation. Mais il m'a ajouté en même temps qu'il ne serait point satisfait que vous ne fussiez cardinal, que si vous aviez encore besoin de ses offices, vous n'aviez qu'à parler et que vous en disposeriez toujours.

(2) Destouches à Dubois (31 juillet 1721). — Mylord Carteret m'embrassa mille fois en m'en faisant compliment, et je puis dire sans exagérer que notre joie nous attendrit l'un et l'autre jusqu'aux larmes, et je n'ai jamais mieux éprouvé que dans cette occasion à quel point ce ministre vous honore, Monsei-

Nec pluribus, nec longioribus locis opus est quo clarius ostendatur qualem personam si non probatam saltem utilem sustinuerit Destouches ; sed nobis restat, quod facile conjici potest, hanc calliditatem non minus in familiari quam in publica re ostendere.

## § V.

### Quo modo res suas privatas gesserit ?

Philippo Destouches quodlibet onus imponi potest, quippe qui certo habeat mercedem proxima die futuram. Domino enim mittit vel « anglicas equas » vel « sericas fascias nigras aut violaceas » vel « pectinem in theca », et si muneribus minimis amicitia nascatur aut crescat, Destouches hac

---

gneur, mais elle m'a mieux fait sentir avec quel zèle et quel dévouement parfait j'ai l'honneur d'être attaché à Votre Eminence et de m'intéresser à tout ce qui peut contribuer à sa gloire et à ses avantages. Vous voilà, Monseigneur, au faîte des honneurs, mais je supplie Son Eminence de me permettre de profiter de cette grande et heureuse occasion pour lui représenter que du haut degré de grandeur où elle est élevée, elle ne peut mieux signaler son bon cœur et sa générosité que de jeter quelques regards sur moi pour me faire ressentir les effets de son puissant crédit auprès de S. A. R. et établir ma fortune de manière que je puisse être aussi tranquille et aussi content de mon sort que je l'ai peu été jusqu'à présent.

arte multos nodos expedit ; sic, paululum vini dicti Sillery, cujus anima valde suavis erat, fuit pluribus gaudio ; multi faciebat illud comes de Penterricker quem suis consiliis infestum sæpe Dubois habebat ; nam scripserat Destouches « modestum legati animum atque aversum non vinci non posse ».

Ut domini rebus bene consulit ita et amicorum et suis. Ipse suppliciter rogabat pro alio poeta, J.B. Rousseavio, qui exsul in Angliam confugerat, ut sua opera ederet, optimatum in fidem acciperetur, faciliusque crimina edita fictaque ab inimicis obtereret (1). Pro se ipso maxime deprecatur,

---

(1) Destouches à Dubois (28 déc. 1822). — Nous avons à Londres depuis quelques jours un illustre malheureux qui y est venu entièrement recommandé par M. le prince Eugène, et qui y est vivement protégé par M. le comte de Staremberg et par mylord Cadogan. C'est M. Rousseau. Il vient faire imprimer ici ses ouvrages par souscription. Il veut, dit-il, me mettre en mains des preuves authentiques qui me convaincront qu'il est banni de sa patrie par la plus noire et la plus affreuse calomnie que l'enfer ait jamais inventée. Ce sont ses propres termes. Il m'a prié de prendre la liberté d'implorer la justice de Votre Eminence en sa faveur. Il ne veut qu'elle pour juge et se fait fort, si elle le croit digne d'être entendu dans sa défense, de lui prouver incontestablement que le sieur Saurin, qu'il regarde comme l'artisan de son malheur, est lui-même le véritable et l'unique auteur des vers scandaleux qu'il a eu la méchanceté de lui attribuer pour le perdre. Au reste, le Roi de la Grande Bretagne et le prince et la princesse de Galles ont honoré M. Rousseau d'un accueil très favorable et toute la plus haute noblesse est disposée ici à lui donner de solides marques d'estime en souscrivant magnifiquement pour l'édition qu'il va faire de ses ouvrages.

ut solet. Jam antea modo quasi desperato res suas privatas quemadmodum essent exprompserat (1), mox quod optabat tempus tenuit. Cum a suo propinquo Lopin, Turonensis Ecclesiæ canonico, accepisset fundum minoris mox proscribendum, statim ad cardinalem epistolam (2) misit in qua

---

(1) Destouches à Dubois (11 déc. 1721). — J'ai vu deux fois M. le chevalier Sutton depuis son arrivée ici. Il m'a assuré que Votre Eminence était contente de mon zèle, de ma fidélité et de mes services, ce qui m'a causé un plaisir inestimable ; mais, en même temps, il m'a cruellement affligé en me disant qu'il ne l'avait pas encore trouvée dans les dispositions où je la croyais pour l'établissement de ma fortune. Eh ! bon Dieu ! Monseigneur, que faut-il donc que je fasse ! Vous pouvez tout. Est-il possible que Votre Eminence veuille me laisser toujours dans la misère et dans les horreurs de l'incertitude? Daignez considérer que j'ai quarante ans passés, que je suis né sans patrimoine, que je n'ai jamais rien acquis, que toutes mes espérances sont fondées sur l'honneur de votre protection particulière, que j'ai fait tous mes efforts pour m'en rendre digne et que j'en mérite au moins les effets par un attachement sans bornes que j'ai signalé avec distinction. Vous n'avez qu'à dire un mot et je suis heureux. Je me flatte que S. A. R. ne refusera pas d'accorder ce que Votre Eminence lui proposera en ma faveur. D'ailleurs, Monseigneur, daignez considérer que je ne suis point un homme inconnu, ni dans ma patrie, ni dans les pays étrangers, et que bien loin d'y trouver à redire aux bienfaits dont vous m'honorez, on y applaudira, j'ose même dire qu'on ne les regardera pas seulement comme un effet de votre équité, mais comme celui de votre discernement. Permettez-moi ce mouvement de vanité.

(2) Destouches à Dubois (27 avril 1722). — J'ai un père âgé de quatre-vingt-cinq ans et trois sœurs qui ne sont plus jeunes, et qui ont mieux aimé demeurer filles que de l'abandonner. Je rougis d'être obligé de vous dire, Monseigneur, qu'il y a plus

ab eo petiit pecuniam vel cautionem; occasionem enim arbitrabatur sibi oblatam ad debitum stipendium recuperandum destinataque assequenda (1). Dubois ad illum nullam pecuniam misit, sed se sponsorem pro scriptore dedit, qui in fundo empto patrem suum tresque suas sorores collocavit.

Quod ad repræsentationem attinet, persolvit

---

de vingt et cinq ans, que mon père et mes sœurs ne subsistent que par les secours que je leur envoie de temps en temps. M. de Sourdeval en a des preuves certaines et s'est empressé quelquefois de faire tenir à mes pauvres parents de petites sommes que je me dérobais à moi-même pour fournir à leur subsistance. Quelques personnes considérables de la ville de Tours où je suis né, touchées de mon zèle et de ma bonne volonté que je n'ai jamais pu satisfaire qu'incomplètement, m'ont proposé un expédient pour tirer tout d'un coup mon père et mes sœurs de la misère, en achetant une petite terre située à trois lieues et demie de Tours... Plusieurs cohéritiers veulent la vendre 45 ou 46,000 livres. Je prends hardiment la liberté de conjurer Votre Eminence, au nom de Dieu qui lit dans mon cœur mes bonnes intentions, de me mettre en état de faire cette acquisition. Si Votre Eminence veut avoir la bonté d'écrire ou de faire mander qu'elle souhaite que le bien en question me soit adjugé et que S. A. R. daignera en payer le prix, je suis persuadé que ce sera une affaire conclue dans le moment.

(1) Destouches à Dubois (5 mai 1721). — Si vous jugez mon zèle et mon exactitude dignes de quelque récompense, elle ne sera pas fort à charge à S. A. R., car je ne lui demande que d'avoir la bonté et la générosité, lorsqu'elle jugera à propos de de me retirer de ce pays-ci, de m'assurer les moyens de vivre un peu à mon aise dans une retraite simple et philosophique qui est l'objet le plus élevé et le plus pressant de mes vœux et de mon ambition.

solidum, cum a Regni Procuratore post duos annos integros nummos recepit ; in præsentia, stipendii sui partem obligavit, versuram fecit, cardinalis cautione usus est.

Sex enim annos Londinii domicilium Destouches habuerat ; quod tempus longius fuit quam ut absentem Galli memoria tenerent, eo magis quod apud Anglos nunquam Destouches pro poeta fuisset, sicut olim apud Gallos poeta Prior. Idcirco cum in Galliam rediit poeta qui, etsi in rebus publicis versaretur, haud immemor versuum erat, effecit ut ad ampliorem honorem proveheretur ; ejus enim patronus in Gallicam Academiam anno 1722 pervenerat, ipse anno proximo eamdem inivit. Itaque multis visum est eum mercedem percepisse quia plurimis maximeque cardinali benigne fecerat non quia ejus opera decebat, non autem rectius judicavisse de poeta illum qui Philippum Destouches in litteris valere fatetur, haud indignum qui pro Campistron se supponat ; item hunc judicem qui poetam honorifice comiterque in Academiam admisit virumque litteris magis prædicavit quam publicis rebus deditum (1).

Jam, ex his quæ supra narravimus et ex aliquibus justis carminibus quibus naturæ et tranquillæ pacis jucunditatem prosecutus erat, visum est poetam, pecuniæ spe accipiendæ, secretum capta-

(1) Réponse de Fontenelle au discours de Destouches, le jour de sa réception à l'Académie Française (25 août 1723).

visse, in quo, ut aiebat ipse, « fallitur hora legendo, negotia revisendo, pueros edocendo, amicosque multum amando ». Rusticus enim factus erat. Parvo latifundium emerat cujus fines late propagabat (1), sed cum apud agricolas parum prosint litteræ, nomen præfecti urbis et castelli Melodunensis ære acquisivit. Tum quidem eo pervenerat ut tranquillam honestamque vitam degeret, fabulis interdum vacabat, nisi ut illas emendaret : domum multos clericos admittebat, præsertim eos qui scriptis cum atheis digladiabantur ; ipse autem eosdem dicteriis lacerabat quorum alia in « Le Mercure » edebat, alia sæpius non satis ad redarguendum firma diligenter apud se retinebat, ne derideretur. Acerbus enim judex putabat eum poetæ egregie impositurum fuisse qui ea protinus pervulgavisset. Quæ autem fuerunt ejus novissima verba ; ad extrema perductus petiit a Patre Colomban capucino ut sibi subveniret et a poetis Roy et Tannevot, qui præ diaboli metu morum acerbitatem temperaverant, ut sui ipsius memo-

---

(1) La Buvette royale, la maison de Vousseul. Cf. British musœum, n° 23102, f° 77. (Lettre aux officiers de la maitrise de de Fortoiseau, 1741). Comme une terre de Fortoiseau et mon gouvernement de Melun sont dans le voisinage d'une terre qui est dans la censive de l'abbaye du legs, et qui s'appelle la Buvette, j'en ai fait depuis quelque temps l'acquisition et je suis dans le dessein de la défricher et de la marner, ce qui sera non seulement avantageux pour moi, mais encore pour l'abbaye et même pour le public. Cette terre comprend 280 arpents en friche et je vous demande autorisation pour brûler les bruyères.

riam retinerent et defenderent ; quod quidem accidit, nam Tannevot poetæ memoriam mandavit versibus quibus patet ei nihil suppetere præter voluntatem.

Ex eo quod is qui poetæ res persecutus est affirmat eum usque ad ultimam vitam a rebus publicis longe abfuisse et Cardinali Fleur, respondisse se nullum munus gerere velle non concludendum est eum in summa solutum et in libertatem vindicatum fuisse; nam annis 1751 et 1752 et 1753 totus inest in rebus publicis. Haud scio an miraturus sis si ad Anglos Destouches regressus fuerit ; forsitan quærere possis utrum inopia an voluptate motus novum munus, olim repudiatum, acceperit ?

De rebus anglicis colloquebatur (1) cum Hensey, Leveux, Peyrac, Bussy, quando subito audiit sibi grave crimen afferri auresque criminantibus nimis faciles esse. Quidam objiciebant eum de Anglorum rege contumeliosissime dixisse, sed nemo dubitavit quin crimen falsum esset. Destouches ipse ad legatum statim ivit et illi rationem facti sui probavit : quem tam benigne audivit legatus ut mense septembri 1753 (ante mortem novo mense) Destouches etiam de rebus anglicis litteras Londinio iisdem quibus olim scriberet.

Sed hæc hactenus jam apparent multæ in

---

(1) Cf. British Musœum : n° 32827, f° 300 ; n° 32841 f° 231 ; n° 32830, f$^{os}$ 37 et 69.

homine notæ antea inauditæ ex quibus conficere licebit personam qualem describere tentavi, magnâ ex parte novam, hinc et illinc singularem. Nonne ejus vitam perlegenti succurrit quod Renatus Lesage de celebriore persona quam supra nominavi tradit? Nonne in Destouches ut in isto inest ad omnia naturalis ingenii tanta dexteritas ut omnia ad suæ causæ commodum inclinet reique pecuniariæ talis inopia ut, quod pauperem se dictitet, integrum stipendium sibi adscribat, dum legati etiam amplissimi nullam pecuniam accipiunt. Fateor quidem eum communi utilitati necnon propriæ feliciter inserviisse. Prout ejus ferebant facultates simul legati et servi, scriptoris et speculatoris vices implevit, nunquàm honestatem totam amisit. Denique tam solers fuit ut cardinalem Dubois perduceret ad sui consilii indigendum, humilique loco natus legatis et ministris familiariter uteretur.

# PARS SECUNDA

## Quæ opera confecerit et cur fere ex toto ab ipsius indole dissideant?

# PARS SECUNDA

## QUÆ OPERA CONFECERIT ET CUR FERE EX TOTO AB IPSIUS INDOLE DISSIDEANT ?

Si Philippi Destouches mores ejusque facta aperte exposuerimus, hoc probatum et confirmatum habebis poetam laudem et opes quacumque ratione persecutum esse. Quod mirum tibi non videbitur si attenderis nostrum nec meliorem nec pejorem quam coævos fuisse ; præsertimque si, ea de re, decimi octavi sæculi acta inspexeris poetamque Regnard vel Renatum Lesage audiveris in quorum operibus mirifice nostri poetæ mores elucent.

Constat apud eos multas vigere personas quæ, quid bonum sit vel quid malum, vel quid valeat ad vivendum, vel quomodo propositum peragendum sit, vel utrum derideantur annon, parum curant, dummodo honores, vel mercedem, vel voluptatem assequantur. Enimvero ista poetæ e memoria non exciderunt : cui autem antiquior voluptate virtus fuit. Fabulas enim quas docuit videbis notatione dignas eo quod in eis personæ non tantum probæ sunt sed sæpius probitatem

prædicant audientiumque lacrymas petunt. Adde quod apud Anglos multas recitavit fabulas vel eisdem adfuit quas recti atque boni expertes Voltarius abbasque Leblanc paulo post nominabunt : attamen eas non imitatus est, sed aliarum mentem probitati consentientem. Quapropter titulum quem huic thesis parti posuimus « quæ opera confecerit et cur fere ex toto ab ipsius indole dissideant », jure datum nobis visum fuit, præsertim cum explanaverimus

Quibus e fontibus hauserit ?

Utrum ejus fabulæ præcipuæ gallicæ dici possint an anglicæ ?

## § I.

### Quibus e fontibus hauserit poeta ?

Cum Destouches dicit « incauti hominis esse Molière imitari velle quem scriptores prudentissimi semper duxerunt supra imitationem positum », non intelligendum est scriptores nullam operam dedisse ut Molière imitarentur, quippe apud eum permultas personas excellentes in unoquoque comœdiæ genere videbant, sed tali modo eum imitatos esse ut perfectas ipsas personas non meminissent sed potius componendi modum. Itaque cum non mores ridendo castigare omnino possent, aliis, ut Regnard, Dancourt, Dufresny,

risum movere, aliis, ut Boursault, Destouches, de officiis sententias tradere magis placuit. Sed quibusnam e fontibus sumi debent bene dicendi et bene ridendi præcepta quæ nova sint neque a Molière tradita ? Omitto Boursault et ejus comœdias qui ad scenam poetæ La Fontaine fabulas transtulit non jocandi causa, ut Regnard, sed docendi.

Ad Destouches venio indicareque cupio quæ causa sint cur in illo sit comitate risuque condita gravitas. Anno enim 1688 ediderat librum de moribus La Bruyère, in quo momenta fuerunt maxima ad scenam. Hic liber tantam commendationem habuit ut frequenter prolatus esset ; dici enim possit ille in manibus fuisse. Quid autem fecerat scriptor nisi cuique proprium reddere ; res personasque in domo Condæo perspicue circumspexerat, easque quotidie adumbraverat, memoriæ mandans qualem sermonem hi haberent, vel vestem, aut quot et quales gestus manu facerent, ita ut effictos mores nostros in alienis personis videret eosque generatim aut minutius tali similitudine depingeret qualem omnes mirarentur, prædicaretque unusquisque alienam imaginem optime exprimi ; itaque nil mirum si comici scriptores a La Bruyère multa sumpserunt quibus eorum fabulæ confirmatæ sint vitamque quasi novam vixerint. Præterea quæ in libro hoc continebantur, hæc non longe aliter se habebant ac fabulæ ; mores enim et imagines quæ hic depingebantur erant aliquid ad veritatem

adductum et quasi vivum, scriptorique propositum fuit in angustias compellere maximas quam maximam vitam. Quid illis deerat, ut veræ fabulæ essent, nisi ut eas pluribus verbis dissereret poeta nodoque stricto cohiberet : quod efficere pro viribus quisque nisus est.

Aliunde, nova materia inventa, quidam, ut Destouches, scenam esse intendebant sapientiæ officinam, assectati Bolæum, qui, admodum senex, tam diu fortiterque vitiosa et curva correxerat, unusque eminebat inter omnes ; quem Destouches quæ illum foverent et informarent rogitavit. Quippe apud Bolæum has voces reperierat quibus prædicatur imaginem esse egregii animi opus, poetam probum nunquam a virtute animum detorquere, virtutem quasi animæ escam semper amandam, versumque plane enervari et affligi propter animi turpitudinem. Eisdem sententiis imbutus jam a prima fabula inscribit se a solito desciscere omnique cogitatione in virtutem commendandam et vitium vitandum incumbere. Itaque cum haberet quem imitaretur nil mirum si multos versus inveneris quos Bolæi versus credas, et multæ imagines multæque res aut partes occurrerint quæ eodem gradu incedere quo in Bolæi satiris aut epistolis videantur.

Non tantum utilia in nostri poetæ comœdiis invenire est, sed etiam quædam quasi tenera quæ risu haud proxima esse solent. Virtutem omnes mirantur, nemo ridet. Attamen cum comicis fabulis interfueris, primum tibi ridendum est, non

flendum ; accidit autem ut aliquando flere potueris cum poetæ personas in pessimis et tragicis rebus versatas videris. Quod quasi invitus Destouches fecit ; nam a Molière nullo modo dissentire sed tantum novus post illum videre exoptabat, risum non negligebat sed potius moderabat, optimum locum moralibus præceptis tribuens quibus, ut patet, risus non movetur. Proinde, cum hominum animos conciliare ad recti honestique amorem nemo possit, nisi propriæ voluntatis jacturam faciant, non possunt non moveri qui vident magnos adversis probari miserabiliter. Risum volebat poeta movere, et tamen lacrymas movet.

Quam flendi voluptatem haud scio an Destouches non multum pœnituerit attulisse, nam ejus fabulis maxime profuit, motusque ille animi novus et dulcis omnia ad ejus causæ commodum inclinavit. Tum abbatis Prévost scripta legentes eorum vicem dolebant qui asperas res tolerare non poterant, ut D. Aïssé, quæ, centum et nonaginta paginas evolvens, sine ulla intermissione lugebat. His rebus plerique non consentiebant : Piron enim animos ab hoc lacrymabili genere abducebat, cum diceret « inconsultum esse sirenum cantum audire omniumque plausus eo modo captare ». Fere eisdem verbis vitio hoc genus vertebat Destouches in quo natura et ingenio haud tenerum quiddam atque molle erat. Ex hoc ne dicas nihil ad artem aptius scripsisse Destouches sed ad lectoris delectationem ; scripsit enim quæ

solent habere multum jucunditatis ad audiendum, sed si ei non crimini dari potest quod fortunam a rebus novis petierit quæ aliis poetis, præsertim La Chaussée, secundiores fuerunt, non laudandus est quia, quidquid habuit, id totum non habuit e disciplina.

Nihil attinet plura afferri quo apertius ostendatur Destouches comœdiæ genus invenisse et cum seipso non consentaneum et ex parte novum. Nunc ad alia deveniamus quibus patebit Destouches, cum in Anglia esset, quidquid sibi necessarium esset ex anglico ingenio hausisse, suas autem fabulas Anglorum more multitudinis auribus raro accommodasse ejusque fabulas vere gallicas dici posse, non vero, ut quidam censuerunt, anglicas.

## § II.

### Utrum ejus fabulæ præcipuæ gallicæ dici possint an anglicæ ?

Destouches anglicam linguam optime intelligebat, illius autem linguæ La Chaussée admodum expers erat. Sed qui ex hoc sibi sumant La Chaussée res anglicas ignorasse, errent. Abbas enim Leblanc litteris ei eadem beneficia quæ Voltarius fere eodem tempore amicis suis conferebat. Qui ambo curiosissimi anglicarum rerum et præcipue

scenicarum, quas quasi rem novam mirabantur non tamen sine ulla exceptione amicos in sententiam suam perducebant, nec illis fastidio erat fragmenta ignota in gallicam scenam transducere vel singulares imitari mores quæ apud omnes in maxima gratia erant.

Et quidem Voltarius non sponte in Angliam ibat circiter annum 1724, Destouches redeunte. Illum id primum afficiebat quod eminebat et exstabat et præsertim protervum erat, cum in spectaculum frequenter venerat, et tamen est sermo tantum de Van Brugh et Wickerley et Congreve. Abbas Leblanc e contra, quoniam potius circa mores moratur, optimos numerat Dryden et Addison et Steele et Colley-Ciber, verba eorum sæpe ponit, litterisque La Chaussée certiorem facit de comœdia « Les Amants Sincères ». Voltario magis tragœdia placet quam comœdia, acriter lectitat Shakespeare et ejus verba ipsa effert ut amici illi studeant quem exploraverint. Adde quod sub stilum sæpe obeunt aliorum ut Otway, Dryden, præsertim Addison nomina, duasque tragœdias ad Anglorum exemplar componit. La Chaussée autem quid scriberent Angli edoctus ex litteris abbatis Leblanc utilitatem magnam cepisse non videtur : quod quidem non miraberis si cogitaveris juxta hanc Voltarii vocem fore ut is unus anglicam comœdiam pernoscat qui Londinium iverit, et hic tres annos manserit, et anglicæ linguæ semper studuerit et in theatrum quotidie venerit.

Quod autem necessarium esse Voltarius affirmabat, id mox obsecutus erat Destouches qui sex annos domicilium Londinii habuit, frequenterque, si non in theatro fuerit, saltem cum scriptoribus anglicis sæpe conversatus est, præsertim cum Addison usque ad annum 1719 quo hic mortuus est. Cum multa inter se de tragœdia et comœdia communicassent, quæ dixerat ea penitus memoriæ suæ mandavit Destouches, qui statuit se in posterum nihil aliud scripturum nisi quod sit rectum ac decorum. Et nunc, si velis mores amborum inter se conferre brevissime, tenebis utrumque iisdem fere verbis ab æqualibus laudatum esse ; quæ maxime de Addison, prædicantur eadem de Destouches. Unus enim inter eos qui illius omnes sensus cognitos habebant, Steele, refert se, quantum potuit, nullum intermisisse diem quin cum Addison conversaretur, quia eum habebat cum Terentio aut Catullo propinqua cognatione junctum ; ineratque in ejus et amborum operibus eadem mens idemque veritatis color. Nonne eadem de Destouches sensit qui ejus imagini inscripsit tumidis versibus recentioris ætatis Terentium depingi cujus ab Atheniensibus et Romanis eruditi scripta tantum habent suavitatis ut ignoretur utrum urbanitas, certum judicium, orationis sanitas ac venustas, in eo maxime laudanda sint an animus quem in alios tenerum et mollem ostenderit ?

Ut ambo idem sentiebant, ita idem continuo adorti sunt ; uterque enim instituit contra theatri licentiam magnis viribus contendere quæ præser-

tim Londinii vigebat. Conspici enim se ducebant carminum amaritudine Wycherley, argutiis Congreve, ingenio Farquhar; sed plus apud nos Taine auctoritate valet, cum dicit hos omnes pravorum morum memoriam reliquisse. Nonne notatione dignum videtur Destouches, qui eo animo fuit ut ad hoc comœdiæ genus conatum haberet, modo hunc librum non evolvisse, modo illum, sed frequenter « Spectatorem » pertractavisse, et vitio mulieribus castis dedisse quod sub flabello rubendi specie tam lascivis fabulis intererant.

Cum ex Anglia Destouches rediit, omnes sperabant fore ut anglicos mores ad gallicam scenam accommodaret, gallicos autem præbuit et quidem privatos. Nam Londinii nuptias contraxerat furtivas, et, cum nollet multos menses mulierem suam ut suam fateri, factum est ut multi eam publice ambirent; quæ simul cum sorore sua Destouches coegit ut se nuptum profiteretur. Quæ cum ita essent, putavit poeta se irridendi sui facultatem frequentem dedisse et in scenam se ipsum produxit quem multi luserant. Quâ in fabulà (1) cur nihil anglici moris apparet, nisi quia poeta fecit id quod erat ad aliorum disciplinam utilius, cum anglicos mores depingere nollet.

Etiamsi de fabula « Le Glorieux » agatur, concludendum est contra multos ita poetam egisse ut non anglicam personam sed vel seipsum vel

---

(1) Le *Philosophe marié.*

aliquos circa se imitatus esset. Pone quod, si nos nunc fallit quos depinxerit, poetæ æquales non erraverunt conjectura, fatendumque rem non aliter quam cogitaverant evenisse.

Abbas enim Leblanc qui eisdem anglicis fabulis interfuerat ac Destouches, et eas suo La Chaussée narraverat, perspicue in amici sui fabulis quæ ab Anglis mutuatus erat præsidi Bouhier indicat (1), præsertim cum fabulam « Le Préjugé à la Mode » confert cum anglica « Le mari qui néglige sa femme ». Notandum est hanc fabulam maxime argumento proximam esse fabula « Le Philosophe marié », de qua nil abbas Leblanc scribit, res ipsas anglicas tantum persequens. Si memineris La Chaussée suam fabulam anno 1735 dedisse, abbatemque Leblanc fabulæ « Le Glorieux » tribus ante annis actæ interfuisse non semel (2) eumdemque hanc fabulam editam perlegisse de qua multa ad Bouhier scribit aliter ac putaveris, haud dubium erit quin anglicum neminem imitatus sit.

Adde quod Voltarius ipse, qui poetæ nostro non indulgebat et de anglicis rebus non inscius erat, cum ad amicos vel ad Destouches scriberet de hac fabula, nil dixit quod cadere in hoc videretur; sed quid res tam longe repetimus, cum nobis videatur Destouches sive in semetipso sive ante oculos habere quem tanto veritatis colore depin-

---

(1) *Bibl. nat. Corresp.* Bouhier, t. IV, f° 505.

(2) *Bibl. nat. Corresp.* Bouhier, t. VI, f^os 398 et 401.

geret. Natura erat gloriosus poeta qui cum de ingenio vel fabulis suis loqueretur numerare solebat se unum ante omnes. Quod perclare eluxit cum typis fabulam mandavit, cujus in prooemio suas laudes poeta prosequebatur ita ut multi « Pulcinellæ arrogantiam » riderent. Quidam Dalembert secuti tradunt Joannem Baptistam Rousseau similem sui personam agnovisse et de hac injuria vehementer cum eo expostulasse ; alii nostrum hujus fabulam « Les Aïeux chimériques » imitatum esse, sed de minimis non curandum est cum ad verum proxime accedit Destouches inter amicos suos illum invenisse ad cujus effigiem gloriosum expressit.

Familiam enim Quinault amicitia noster prosequebatur quam neminem celabat, ex errore imperitæ multitudinis non pendens ; præterea putamus poetæ maximam gratiam ei habendam esse cum quo tanta fuit semper familiaritas quanta quæ unquam maxima, quia Quinault fuit « Gloriosus » cujus quotidie et commode est naturam expertus. Quali fuerit hic habitu corporis qualique indole multa documenta sunt, quibus apparet eum excelsa et nobili fuisse statura, argutis oculis, blandissima voce, præcipue incredibili arrogantia. Ut multum valebat fabulas agendo, ita gaudebat quod spectantes illudebat, ut, cum clamarent : « Majore voce ! » in proscenium prodiit et clamavit : « Et vos, submissiore ! » Post hæc, in carcerem per aliquod tempus conjectus est, et, cum in theatrum rediit, jussus veniam

petere initium sermonis a petulanti excusatione ortum est nunquam magis se quam ignobilis esset sua conditio percepisse quam cum pro vinculis gratias ageret. Idem nunquam cum famulis locutus est dicens illis abunde esse si nummos persolvebat; etiam cum amicis et paribus nunquam ex æquo loco colloquebatur, sed eos pro nihilo ducebat dicens amico : « Puer, i ad histrionum catervam et istis dic me hodie nullam fabulam acturum. »

Quæ in partes divisa diligenter considerare oportet quia non minora sunt quam ut eis cognitis conjicere possit qualis cum familiarissimis viris fuerit Quinault; sunt enim quæ non descripserit Destouches sed ea quæ cognovit et describit ita sunt ut concludendum sit Londinium ire non necesse esse ut Gloriosus inveniatur, isque qui cum famulis suis non loquatur.

Unde factum est ut Destouches fabulam suam confectam ad histrionem tulisset, qui eam perlegens gravem dolorem accepit, negavitque se eam acturum quia ex ea perspexerat comitem de Tufière eamdem personam esse ac seipsum. « Tribus annis, ait Cailhava, in ejus lecto fabula abdita est ». Tandem Destouches qui eam in scenam inducere maxime volebat, et qua clausula comœdiam donaverat a Glorioso pœnas repeti fecerat, fabulæ exitum mutavit, adeo ut histrio eam agere non renueret; et de facto, partes tam mirabili modo egit, ut, ait poeta, Gloriosi mores spectantibus, gressu tantum, sine voce, explicare posset.

# CONCLUSIO

Hoc maxime animos induxit ut fabulas anglicas crederent quod Destouches, cum mores novos adumbraret, modum non semper tenuit, sive quia ars scenica semper ratione modoque tractanda illi non videbatur, sive quia ad id pervenire non potuit quo res absolvitur et perficitur. Nobis restat poetam anglicos mores vel quarumdam fabularum anglicarum probitatem imitari noluisse, sed effecisse ut Gloriosus, gallico more novo, verbis et exemplo probitatem doceret virtutemque extolleret.

Pauca addam de modo quo suas fabulas scripserit : quemadmodum enim illi crimini datum est quod alias imitatus esset, ita quidam illum reprehenderunt quod ejus esset exilis, ut ita dicam, oratio. Attamen fatendum est quæ in manibus habebat illum nunquam abjecisse quin ea multo-

ties emendasset, eumque dicendi genere non ornato et magnifico sed integro et expedito præstare. Modo enim carmina fingit incitata, et fusa, et ad dicendum non imparata, modo imagines versu includit mordaci et nervoso, et tunc eum nervi non deficiunt qui levia sectatur; non genetim describit sed in singulis consistit et minora capit ut ea melius contineat : itaque, si diligenter fabulam « Le Glorieux » inspexeris, eam numero suo ponderabis et tanti æstimabis quanti pluris hanc scenam, aut hunc dialogum aut etiam hoc verbum feceris, et forsan haud scio an non miraturus sis si rerum æstimator doctus et intelligens putaverit hanc fabulam decimo octavo sæculo inter omnes eminere unam.

---

VIDI AC PERLEGI

Divione, a. d. III nonas Jul. anno MDCCCCI,

*Facultatis litterarum in Universitate Divionensi decanus,*

N. ROYER.

TYPIS MANDETUR,

*Academiæ Divionensis Rector,*

C. ADAM.

# INDEX CAPITUM



IMP. BARBIER-MARILIER, DIJON.

# CORRIGENDA QUÆDAM GRAVIORA

| Pag. | lin. | | lege : |
|---|---|---|---|
| 7 | 2 | spectant | spectent. |
| 8 | 2 | memoriæ | memoria. |
| 9 | 3 | tantum | tum demum. |
| 9 | 12 | quidque molle | molle quidque. |
| 13 | 9 | subvenit | venit. |
| 14 | 13 | induxisse | induisse. |
| 15 | 15 | poetæ | poeta. |
| 17 | 9 | cujusque astutissimi | astutissimi cujusque. |
| 17 | 12 | quo... permansisset... didicisset. | quod... permanserat... didicerat. |
| 18 | 8 | eos | eas. |
| 18 | 10 | Germaniæ | Austriæ. |
| 18 | 30 | evenerant | evenissent. |
| 19 | 1 | videtur, erit | videatur, futurus sit. |
| 21 | 13 | erat | esset. |
| 25 | 3 | commeabunt tantum si | commeabunt si. |
| 29 | 1-2 | admovere | admoveri. |
| 36 | 5 | quo celebriorem | ut celebriorem. |
| 36 | 13 | forte | fortasse. |
| 36 | 17 | proindeque | proinde. |
| 41 | 12 | nascatur, crescat | nascitur, crescit. |
| 42 | 10 | Rousseavio | Rousseau. |
| 45 | 17 | fecerat... decebat... illum. . fatetur. | fecisset.... placeret.... illum Dalembert.... fateatur. |
| 46 | 9 | vacabat nisi ut | vacabat ut. |
| 47 | 25 | novo | nono. |
| 52 | 2 | recitavit | legit. |
| 52 | 8 | ex toto | totæ. |
| 53 | 10 | causa | causæ. |
| 53 | 16 | nisi... reddere | nisi ut redderet. |
| 53 | 17 | Condæo | Condæa. |
| 54 | 12 | illum... reperierat | se... repererat. |
| 55 | 5 | videre... moderabat | videri... moderabatur. |
| 56 | 4 | secundiores | aptiores. |
| 57 | 8 | circiter | circa. |
| 59 | 12 | intererant | interessent. |
| 59 | 18 | publice | palam. |
| 59 | 27 | agatur | agitur. |
| 61 | 15 | Quinault | Quinault-Dufresne. |
| 61 | 29 | prodiit, clamavit | prodierit, clamaverit. |
| 62 | 4 | persolvebat | persolveret. |
| 63 | 17 | abjecisse | emisisse. |
| 64 | 6 | genetim | generatim. |
| 64 | 10 | tanti... quanti pluris feceris | tanto pluris... quanto magis animadverteris. |
| 64 | 13 | intelligens | intelligens Vinet. |